

LIBER

De censibus & reemp. li. i Ingenti hodie præmor.

Epistolarū ad diuersos: li. i

Carmina multa:

Et alia complura.

Viuuit ad huc in Vratislauia & uaria conscribit: sub Maximiliano Romanorū rege & Alexandro summo pontifice sexto: Anno domini Mill. CCC. XCIII.

Wernerus Roleuinc de Laer: natione teutonice: patria westphalus: ordinis Carthusiensis: domus sanctæ Barbaræ in Colonia agrippina: uir in diuinis scripturis studiosissimus & ualde eruditus: ingenio excellens: uita & conuersatione deuotus: Edidit multa præclara opuscula: quibus se utilem presentibus & memorabile reddidit futuris. E quibus extant subiecta: Opus grande super omnes epistolas Pauli: quod prænotauit:

Doctrinam Pauli: li. xiiij Doctrina Pauli apli omni.

De uita quoque Pauli: li. vij Sicut fuit cum Moyse sic.

De ualore missarū: li. i

De regimine principū: li. i

De studio theologiæ: li. i

81 Fasciculus temporū: li. i Generatio & genera laud.

Paradisus conscientiarū: li. i Tulit dñs deus hominē.

Sermones multi: li. i

Et alia complura.

Vidi olim teius cellula tractat⁹ partos quidē sed plures & utiles: quorū titulos iam memoria tulit obliuio. Viuuit ad huc in Carthusia Coloniensi: pueritæ ætatis & uaria conscribit sub Maximiliano Romanorū rege: Anno domini quo ista scripsim⁹: Millesimo. CCC. XCIII. Indictione. xij.

Arnoldus Bostius: natione teutonicus: ordinis fratrum beatæ Mariæ semper uirginis de monte Carmeli conuentus Gandensis: uir in diuinis scripturis studiosus & eruditus: & in secularibus literis egregie doctus: theologus: philosophus: orator & poeta præclarus: ingenio acutus: eloquio disertus: uita & conuersatione deuotus: cuius ad me plures extant epistolæ. Scripsit metro & prosa multa præclara opuscula: de quibus extant subiecta: uolumē in signe carmine & prosa conscriptum: in quo luculenter ostēdit ordinis sui marianæ prædicationis intuitu prærogatiuā: originē & progressum: quod iccirco prænotari cōplacuit:

De patronatu Mariæ: li. i Petisti uir clarissime an.

De illust. uiris Carthusiē. li. i Venerabili & inter mis.

De illust. uiris ordinis sui: li. i Frater Arnoldus Bostius.

Cōtra Vincentiū de Nouocastro: li. i Vsq̄quo semp̄ desipies ue.

Epistolarū ad diuersos: li. i

De quattuor nouissimis: li. i

Carmina diuersa:

Et alia complura.

Viuuit ad huc Gandau: ætate uirili & uaria cōponit: multosq̄ suo exemplo & scriptis ad sancta studia puocat: Anno domini quo hæc scripsim⁹ Millesimo. CCC. XCIII.

Henricus Euticus Francus orientalis utriusq̄ medicinæ professor egregius: multa edidit quæ posteritati parat.

Item diuerso & uenusto charactere carminū opusculū pulcherrimū quod intitulauit:

Scōmata seu urbanos & lepidos iuuenū iocos.

In medicina opuscula plura.

Satyram in sophistas & dialecticos & humanitatis studij inimicos.